

& magis accommodatam ei concionandi
 formæ, quæ hodie tenetur in Ecclesiis refor-
 matis, in quibus conciones habentur non
 libera illæ, quales habebantur à veteribus
 oratoribus, aut quales recitantur in Scholis
 Declamationes de materia aliquâ inciden-
 te; sed adstrictæ ad tractationem certi ali-
 cuius textus, seu dicti sacræ scripturæ; ex cu-
 ius verbis & materia explicata auditores
 iisdem formulis atque argumentis & affe-
 ctibus instituendi, hortâdi, dehortandi, cõ-
 solandi: Semper enim mihi ita visum fuit
 paulo alia præceptorum forma ac methodo
 Ecclesiasticam esse Rhetoricam proponen-
 dam, quam doceri solet Scholastica; cuius
 tamen præcepta & ordinem ac formam
 ii, qui Ecclesiasticas Rhetoricas hæcenus
 scripserunt, sunt per omnia secuti. Metho-
 do porrò eiusmodi, quam dixi, usus; Præce-
 pta, id est, Definitiones, Diuisiones, & Ca-
 nones à se inuicem, & ipsos etiam commen-
 tarios à præceptis perpetuo distinxi, cum alii
 hæc inter sese in hoc argumento misceant,
 & cõtino scriptiois filo, qualiter oratores
 scribunt, concionâdi methodũ persequatur;
 secus fortassis ac requirit disciplinarum
 methodos atque ordines, & discentium intelle-